2 **uulturnus, i.** *subs. m.* **FORMA** uolturnus; *prima littera maiori scribitur* **b**, **c**. **ETYM** uulturnus[1]; *uulgaris de uento etymologia a* tonare ISID Orig 13.11.4. uulturnus, quod alte tonat.; *de deo, uide* uultur ETYM. **DLAT b**: Vulturnalis. **DROM a**: *cast.* bochorno, *cat.* butorn; *uentus a meridie flans in Baetica certe acerrimus perceptus est* COLUM 5.5.15. [**FREQ** humilis **53** [indicia] **3,4** [/d.c.m.] 70 LUCR] **a** [x29] *uocabulum scriptis technicis ad historiam naturalem agrique culturam pertinentibus aptum;* **b** [x23] *litterariis narrando usu medio (historiae), docto (uersui heroico).*

		indicia	p[/d.c.m. subc.]
VARIATIO OPERUM	argumentalis	4	0,62
	exponens	21	7
	narratiua	29	5,3
DIACHRONICA	I aec.	17	6
	I-II ec.	30	7,7
	III-V ec.	7	0,77
DIAPHASICA	docta	12	5,7
	media	42	3,2
DIASTRATICA	litteraria	32	2,5
	technica	22	8
MODUS	prosa	45	2,6
	uersu	9	4,6

¶ *uentus a meridie et oriente flans • vulturno o siroco, viento del sudeste* [**HYPER NOMEN** uentus **SIM** →eurus[a]] 70 LUCR 5.745. aliae tempestates uentique secuntur, altitonans uolturnus et Auster fulmine pollens. 30-22 VITR 1.6.10. *flare solent* euri ... medias partes tenentis in extremis euri circias et uolturnus. 160 GELL 2.22.11. Hi sunt igitur tres uenti orientales: 'aquilo', 'uolturnus', 'eurus', quorum medius eurus est. 300-400 AMP 5. eurus, idem apheliotes, idem uulturnus ab oriente. **INSCR** HD 23284 *Roma.* Boreas Circius Chorus Fauonius Africus ... Eurus Vulturnus Solanus Aquilonice. 🕮 PS DOSITH Leid 2. εὗρος uulturnus. ISID Orig 13.11.3. Subsolanus a latere dextro uulturnum habet, a laeuo eurum.

uocabulum fuit Latinum seu Italicum, uenti nomen quoe Graece eurus nominabatur • fue nombre latino o italiano, frente al préstamo griego eurus 48-43 BELL Alex 9.4. 29-9 LIV 2.22.10. uentus -uolturnum regionis incolae uocant- aduersus Romanis coortus. 50 SEN Nat 5.16.4. *eurus* quem nostri uocauere uulturnum. 60 COLUM 5.5.15. Euro, quem incolae uulturnum appellant. 🕮 ISID Nat 37.2. Vulturnus ... qui et Caecias uocatur.

hieme magis flare solebat • solía soplar más en el invierno 79 PLIN Nat 2.119. ab oriente brumali uulturnus. illum apelioten, hunc Graeci eurum appellant. 18.338. quarta a septentrione linia ... brumalem habebit exortum uentumque uolturnum.

contrarii ei erant corus • opuestos a él eran los vientos corus 79 PLIN Nat 2.124. corus autumnat; huic est contrarius uulturnus. 18.338. ex aduerso uolturni flabit corus.

et fortasse africus • y quizás africus *'ábrego'* 125 APUL Mund 13. africus, λίψ, uulturno reflat.

secundus flabat nauigantibus a meridie-oriente in septentrionem-occidente, quales ab India procedebant • en la navegación era apropiado para los viajes de sudeste a noroeste, como los procedentes de la India 79 PLIN Nat 6.106. nauigant autem ex India uento uolturno. 350 SOL 55.10. Secundus ex India uentus est uulturnus.

[**DOM** siccus, tepidus] 79 PLIN Nat 2.126. sicci corus et uulturnus. 2.126. tepidi uulturnus et fauonius. iidem subsolano sicciores. 18.338. uolturnum ... sicciorem et ipsum tepidioremque.

et uineae et apiaria in eum spectare debebant • y era recomendable que tanto viñas como colmenas estuvieran orientados en esta dirección 79 PLIN Nat 18.338. *in uulturnum* apiaria et uineae Italiae Galliarumque spectare debent.

at cauendus erat cum percalidus aliis aliisue locis flaret • aunque había que tomar precauciones contra él, porque, según los lugares, podía ser excesivamente cálido 60 COLUM 5.5.15. quaedam partes eius regionis (*Baeticae*) sic infestantur Euro, quem incolae uulturnum appellant, ut, nisi teguminibus uites opacentur, uelut halitu flammeo fructus urantur. 400 PALLAD 1.6.4. Et ubi uineas uulturnus exurit ... uitem tegamus straminibus.

magni momenti fuit uulturnus cum Romani a Poenis Cannis uicti essent, Hannibale suum exercitum a uento auersum constituente, ipso uento Romanos suffocante obtundenteque • fue famosa la importancia que tuvo este viento en la derrota romana de Cannas, en la que Aníbal colocó su ejército de espaldas al viento, que sofocó de frente y aturdió a los romanos 29-9 LIV 22.43.10. Prope *Cannas* Hannibal castra posuerat auersa a uolturno uento, qui campis torridis siccitate nubes pulueris uehit. 70 FRONTIN Strat 2.2.7. *Hannibal* apud Cannas, cum comperisset Volturnum amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentis auras mane proflare, quae arenarum et pulueris uertices agerent, sic direxit aciem, ut tota uis a tergo suis, Romanis in ora et oculos incideret. 92 SIL 9.514. uulturnus ... obuius arma quatit patuloque insibilat ore. 🕮 SEN Nat 5.16.4. Liuius hoc illum nomine (*Vulturno*) appellat in illa pugna ... in qua Hannibal ... contra uentum constitutum uenti adiutorio ac fulgoris praestringentis oculos hostium uicit.

Vulturnus. **a** *Campaniae fluuius • el río capano Volturno* [**HYPER NOMEN** fluuius **HOL AGER ITALIAE** Campania] 29-9 LIV 22.14.1. postquam ad Volturnum flumen castra sunt posita, exurebatur amoenissimus Italiae ager. 44 MELA 2.71. *in sinu Puteolano* Volturnus amnis. 399 VIB SEQ flumina.156. Vulturnus, Campaniae. 🕮 SERV Aen 7.728. AMNISQUE VADOSI ACCOLA VULTURNI fluuius est Campaniae, qui iuxta Cumas cadit in mare. ADNOT Lucan Suppl 423. VULTURNUSQ. fluuius.

Latium inter Tiberim et Fundos urbem antiquis temporibus comprehendebatur, cuius habitatores ueteres Latini nominabantur; postea ad Vulturnum fluuium prolatum est, iique noui Latini appellati sunt • si la extensión primitiva del Lacio estuvo comprendida en un principio entre el río Tíber y la ciudad de Fondi (Fundi), más tarde este territorio se vio ampliado hasta el Volturno, dando con ello lugar a una distinción entre sus habitantes, ueteres Latini *y* noui Latini 29-9 LIV 8.11.13. Latinus ager Priuernati addito agro et Falernus, qui populi Campani fuerat, usque ad Volturnum flumen plebi Romanae diuiditur. 🕮 SERV Aen 1.6. Latium duplex est, unum a Tiberi usque ad Fundos, aliud inde usque ad Vulturnum. denique ipse (*Vergilius*) dixit 'ueteresque Latini' ideo quia scit esse etiam nouos, id est a Fundis usque ad Vulturnum.

fluuius abundans et celer erat • era río caudaloso y rápido 29-9 LIV . Volturnus amnis inflatus aquis. 2-8 OV Met . multam ... trahens sub gurgite harenam Volturnus. 62-65 LUCAN 2.423. Vulturnus ... celer. 92 SIL 8.527. Sinuessa tepens fluctuque sonorum Vulturnum.

qui per Capuam urbem ibat • que atravesaba la ciudad de Capua 29-9 LIV 23.17.10. partem urbis *Capuae*, quae cis Volturnum est -eo enim diuiditur amni- occupauere. 117-180 FLOR Epit 2.9.11. Primum apud Capuam sub amne Vulturno signa concurrunt.

et perspicuum id fuit, quod per Casilinum transiens, quae urbs prope Capuam illis temporibus erat, nostris ipsa Capua est, ubi Romanum praesidium constitutum erat iis militibus qui a Cannis fugerant, postremo fame dediti sunt • tuvo importancia a su paso por Casilinum, población cercana a Capua en la Antigüedad y hoy día la actual Capua, donde una guarnición de romanos supervivientes de Cannas (216 aec) se hicieron fuertes ante el asedio de Aníbal, rindiéndose al final por hambre 70 FRONTIN Strat 3.14.2. Hannibale obsidente Casilinum, Romani far in doliis secunda aqua Volturni fluminis demittebant, ut ab obsessis exciperetur. 200-300 LIV Perioch 23. Nucibus per Vulturnum amnem a Romanis missis uixerunt.

hic Frondicius miles ab eo sic appellatus est, quod Vulturnum tranarat frondibus opertus • en esta ocasión, el soldado Frondicius recibió este nombre por haber atravesado el Vulturno a nado y cubierto de hojarasca 79 PLIN Nat 17.7. Frondicio militi illi, qui praeclara facinora Volturnum transnatans fronde inposita aduersus Hannibalem edidit.

eius albae harenae uitreis faciendis idoneae erant • sus arenas blancas eran muy apropiadas para elaborar el vidrio 79 PLIN Nat 36.194. in Volturno amne Italiae harena alba nascens ... pila molaue teritur.

b *antiquus deus, fortasse a Tuscis prouenienis, cum fluuio Campaniae Vulturno coniunctus • el antiguo dios Vulturno, seguramente de origen etrusco y relacionado con el río de Campania* [**HYPER NOMEN** deus] 330 ARNOB 3.29.5. Ianum ... regnasse primum, Ianiculi oppidi conditorem, patrem Fonti, Vulturni generum, Iuturnae maritum, atque ita per uos dei nomen eraditur. 🕮 VARRO Ling 7.45. *flaminis Volturnalis* origo Volturnus. PS DOSITH Leid 2. Ianus geminus Ὀρθώσιος Stator Στρόφιος Vulturnus.

👓 *ambigitur utrum Cordubae titulus ad deum referat, a militibus Romanis in prouincias inuectum; an ad uentum quasi deum eo consecratum, ut eius immanes calores placaret • se discute si la inscripción de Córdoba se refiere al dios, mencionado por los romanos en tierras conquistadas; o al viento divinizado, con la intención de aplacar sus abrasadoras temperaturas* **INSCR** HD 28112 *Corduba in Baetica*. Volturnus.